



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Petrus Correa, & Ioannes Sosa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Amer Dei. tholicum Sacerdotem, & Iesu-
 uitam; paratum autem re-
 ligionis causâ pro Deo po-
 nere vel tot vitas quos habe-
 ret capillos in capite, quot-
 que in Oceano essent guttæ,
 ac perfectiones in Deo. Cum
 iam suspendendus esset, clau-
 sit oculos tantisper; ac mox
 apertos in quendam de So-
 cietate istic præsentē conie-
 cit ex inittä pactione; quod
 erat signum eum peccata fa-
 tentem è formula Ecclesiæ
 absoluendi. Tum appensus,
 strangulatus, deiectus è fur-
 cã, & in partes quadrifariam
 sectus est, pro more Anglica-
 no.

Petrus Correa, &

Ioannes Sosa.

Lufr.

in Brasl.

24. Dec.

1554.

Soc. 2.

Hos hoc die collocat Stra-
 tius in Menologio; Catalo-
 gus tantum in Decembri po-
 nit.

nit. Correa vir nobilis, Bra-
 silos cum ea quam ductabat
 militum manu capiebat, & ad
 Lusitanorum feruitutem ve-
 nales damnabat. Monitus, *Charitas.*
 resipuit; & Societatem iniit,
 ad eosdem pro cælo capien-
 dos; id quod per annos quin-
 que impensè præstitit, ad
 Carigos vnà cum Sosa co-
 quo Coadiutore profectus,
 & Brasilijs *Doctore eloquentia*
 appellatus. Cervix ei vespere
 lethali vulnere saucia, po-
 stridiè repentè sana, & ocu-
 lorum dolor accerrimus con-
 festim extinctus, precibus
 Sociorum. Homines epulis
 barbaris destinatos clam
 dextrè baptizabat, aquâ è
 strophiole expressâ. Apud
 Carigos cum socio feliciter
 rem gerebat: sed quidam
 fuens libidine (quem ille à
 de-

deuoratorum illum Bra-
 filorum cultro carnario li-
 berârat) qui auulsam à se
 (è ritu legis Christi) pelli-
 cem dolebat, barbaris in
 eos concitatis effecit, vt
 mortem illis consciscerent.
 Ergo Sofam primùm, dein-
 de Corream, vtrumque in
 genua procumbentem, fa-
 gittis interimunt; Christia-
 nis eum lugentibus, & vni-
 cum veritatis interpretem,
 omniumq; Patrem, fratrem,
 amicum dolenter clamanti-
 bus.

Michaël Nacascima

*Iapon.
 in Vrge-
 nio.
 monte.
 25. Dec.
 1628.*

Fides.

Per annos quindecim,
 Patribus seruiens multum
 operæ contulit ad Christia-
 nam rem benè gerendam,
 & ipse quoque Christianos
 erudiuit, adiuuit. Eapro-
 pter captus, fustibus non
 se-

fe
 da
 et
 fu
 gu
 pi
 so
 ib
 te
 ac
 pi
 sta
 te
 ce
 ill
 re
 et
 vo
 ga
 vl
 fe
 ci
 M
 ti